

Andr. Gallius de pace publ. libro primo, cap. 17. num. 3. 4. 6. & 7. Hieronym. Ceualius practica- rum quest. communium contra communes tomo primo, quest. 362. ex numero 9. Ioannes Griuellus Se- quantus decis. Palana 11. a numero 15. Farinacius tertia part. criminalium, titul. de reo confesso, & consilio, quest. 81. a num. 110. iuncto num. 157. & quarta part. tit. de homicid. quest. 125. ex num. 420. Siglmund. Scaccia de iudiciis libro secundo, cap. undecimo, a num. 332. verfi. Primus est, Camillus Botellus in summa decis. tomo secundo, titul. 3. nu- mer. 394. cum duobus seqq. Hieronymus Buccatoni- us de differentiis inter iudicia civilia, & crimina- lia, differem. 40. ex numero 3. quicquid ab hac re- ceptissima sententia subtiliter magis quam vere in multis discedat Antonius Merenda contrones. iur. lib. 5. cap. 6. Quapropter oportet ut erit, alia in civilibus adiungere exempla, ex quibus palam constet, quod qualiter etiam connexam, ex- trinsecus recognitioni adiectam, eius executionem non morati, quia ne nimium hac dissertatio protrahatur, ad sequentem referenda duxi.



DISSERTATIO XXV.

De eadem rursus materia priuata scri- pturæ recognoscitæ, sine de exemplis ali- quot ad praxim vtilibus, in quibus pa- lam constet, non esse eius executio- nem impediendam ob qualitatem, vel exceptionem etiam connexam, ex- trinsecus recognitioni adiectam, & maximè de exceptione non numerate pecuniæ.

S V M M A R I A.

- 1 Recognoscens scripturam, in qua quid simpliciter promittit, non potest addere qualitatem, etiam connexam, puta modum, vel conditionem, ibi non contentam, quia quoad talem qualitatem iuris contra se presumptionem habet, & quare? cum num. seqq.
- 2 Qualitas in chirographo non contenta, non aliam eius recognitione allegari potest, quam qua aliquid a iure inest, vel presumitur. Expressio eius, quod a iure inest, nihil operatur, ibid.
- 3 Qualitas, qua ob id potius presumitur in chirographo, quod in eo non continetur, puta defectus causa, in recognitione allegari potest, nec ad ea per creditorem separari valet, sed vel simul admittenda est, vel omnino repel- lenda.
- 4 Scriptura, causam debiti non exprimens, inefficax est ad obligandum, si aliunde de debito non appareat.
- 5 Lex 3. tit. 8. lib. 3. ordinamenti, & lex 2. tit. 16. lib. 3. nouæ compilat. ad hoc preser- scriptum emanatum, ut stipulationis solemnitate iure communi requisitam ad obligationem ex pacto producendam, tolleret.
- 6 Causa defectus chirographi obligationem etiam hodie apud nos valet.
- 7 Imò & publico instrumenti, etiam clausula, quam

guarantiam vocant, mutati, contra plures partim indistincte, partim sub distinctione con- trarium decernit.

- 8 Recognoscens post biennium chirographum, in quo certam se ab alio pecunie quantitatem mutuo accepisse fassus est, & addens se futura numerationis se id fecisse, sibi ex tali recogno- tione præiudicat, & qualitas adiecta potest per aduersarium repudiari.
- 9 Habet contra se ex multorum sententia quoad qua- litatem, sine exceptionem non numerata pecu- nia post biennium obiectam, presumptionem iuris, & de iure, qua probationem in contrarium excludit.
- 10 Ex veriore tamen, ac receptiore, presumptionem iuris tantum, qua probationem contrarium ipsius chirographarij debitoris admittit.
- 11 Iura biennium concedentia in chirographo con- sistenti se mutuum pecuniam accepisse, quæ non accepit, ad eius rei querelam proponendam meram eius fauorem, & utilitatem respectum, et sola allegatione cum tutum redderet, & contrarium probandi onus in aduersarium transferret, nec debeat in damnum veri.
- 12 Perirentur in damnum si assertio debitoris post id tempus probandi onus in se assumere volent, legitimam remedium denegaret, & quale iure- medium sit?
- 13 Leges exceptionem non numerata pecunie post biennium excludentes, de ea tantum exceptio- ne loquuntur, que per modum querelæ propo- ni potuit, mere probandi in creditorem transla- ta, non de exceptione in factum ex defectu vera numerationis competente.
- 14 Effectus diuersi ex opinionum contrarietate resul- tant, quoad executionem chirographi, post biennium sub qualitate non numerata pecunie re- cogniti.
- 15 Creditor si in simplici chirographo se pecuniam, vel speciem, sibi debitam ex causa emptiõnis, vel simili, a debitore accepisse professus sit, 30. tantum dies habet ad receptionis defectum al- legandum, & eius rei ratio remittitur.
- 16 Recognoscens post id tempus chirographum il- lud sub qualitate non recepta pecunia, vel spe- cie debita, sibi adeo præiudicat ex aliquorum sententia, ut pari omnino executionem debeat, nec ad contrarium probandum admittatur, ibi- dem.
- 17 Contrarium ex aliorum sententia tanquam ve- rioris defenditur.
- 18 Exceptio non numerata pecunie obiecta a debitore recognoscens chirographum mutui iura biennium, per se inest, & a iure presumitur, adeo- que ipso iure tutum redditæ recognoscens, dum contrarium ab aduersario probatum non fuerit, & cum num. seqq.
- 19 Etiam si chirographum vallatum sit iuramento, non ipsi confessioni recepta pecunia accedente, sed promissioni solvendi tantum, & quare?
- 20 Iuramentum sequitur naturam actus, cui ad- haeret, & intellecta lex fin. C. de non num. pec. ibid.
- 21 Id absque dubio procedit, cum in ipso recogno- tione actus illa opponitur exceptio, seu qualitas, sub qua recognoscens iuramentum, & incerta red- ditur.
- 22 Si tunc fuerit omisa, an postea admittenda sit intra terminum, opponendis ac probandis ex- ceptionibus præiudicium? & n. seqq. inducitur lex 1. & 2. tit. 21. lib. 4. nouæ compilat.

- 23 Quod non sit admittenda a iuribus pub. instru- mentum, cui executioni res per statutum conce- ditur, existimant plures, unde ad chirograp- tum recognoscens infertur.
- 24 Recognoscens chirographi in iudicio absolute factæ, ita pura, certa, & clara esse intelligitur, ac confessio contenta in ipso chirographo, nec mi- nus executionem meretur, quam si illa confes- sio iterum in iudicio fieret.
- 25 Exceptio non numerata pecunia, vel alia similis non admittitur aduersus confessiorem absolu- tam, partem, certam, & claram, ad illius exe- cutionem impediendam.
- 26 Nec aduersus chirographum recognitum eam esse admittendam Parlador. & Velazus decer- runt.
- 27 Pro contraria sententia, quod illa admittenda sit, & intra decem dies probata executionem impe- dit, expendantur leges Regie, nullam legit- imam exceptionem intra decem dies probatam excludentes.
- 28 Admittitur ex veriore, ac receptiore sententia, ad- uersus instrumentum publicum, ex quo iura biennium executio petita est, ad eam ipso iure impediendam, dum contrarium ex aduerso pro- batum non fuerit.
- 29 Exceptio pretij non soluti, vel rei non tradita, in- tra legitimum tempus probata, executionem impedit.
- 30 Hieronymus Ceualius dum a Parladorio disce- dere vult, sibi ipsi iuxta verborum corticem contradicit, & in illius potius sententiam in- cidit.
- 31 Describitur iuxta mentem, qua verbis petiti est, in eamque rem nonnulla in ea expendantur.
- 32 Si quod verba sonant dicere voluisset, præter ma- nifestam sui ipsius contradictionem, rem prius absurdam diceret, & quare?
- 33 Mens eius qualis fuerit, ex ipsius posterioribus ver- bis deprehendatur, quomodo etiam intelligitur a Stephano Gratiano.
- 34 Exceptio non numerata pecunie, in ipso actu re- cognitionis iura biennium factæ opponi præter- missa, postea intra terminum probandi excep- tionibus præsumitur non admittitur cum iure ac pri- uilegio transferendi in aduersarium omni proban- di contrarium.
- 35 Tunc temporis omisa, iuris contra se presump- tionem habet, quod vera non sit, & quare?
- 36 Admittitur iura decemium, probandis excep- tionibus præsumitur, assumpto per opponentem in se onere probandi, & quare?
- 37 Presumptio iuris, qua contra aliquem adest, ces- sat per contrarium ipsius probationem.
- 38 Subscriptio non nocet ei qui cum subscriberet, qua scripta sunt non legit, & multo minus si ante factam scripturam vacua scheda subscripsit, qua postea confessa est.
- 39 Recognoscens propria subscriptione absque præcia chirographi lectione in dubio non presumitur, imò id ab allegante liquidò probandum est, & cum num. ad.
- 40 Petrus Nuius ab Auendano, ad hoc ut chiro- graphum recognitum executioni mandari possit exigenti, ut ante omnia confes, illud fuisse re- cognoscens lectionem, refellitur, ob præcia lectio- nis presumptionem, qua contra recognoscens adest.
- 41 Generaliter etiam existit, quod chirographum a recognoscens impugnatum non fuerit, ductus auctor. ac Rodricus Suarez cuius doctrina ex-

- penditur vsque ad n. 45.
- 42 Sententia lata contra confessionem, vel iuramen- tum, aut pub. instrumentum, de quibus liqui- do non constat, quia a parte impugnatæ sum, valet, & numero 45. & 55. ubi id declara- tur.
- 43 Confessio iudicialis, & iuramentum rei iudicata æquiparatur, & ut ipsa res iudicata execu- tionem habent.
- 44 Instrumentum publicum est probatio evidentissi- ma, & (ajunt ut) probata.
- 45 Sententia lata contra aliam sententiam iure eisdem partes emanatam, & in rei iudicata auctoritatem transactam, ipso iure nulla est.
- 46 Id procedit quando non dabitur de iis, quibus præ- ma sententia, sine illa nullo modo impugnetur quia tunc iudicium notoria, & n. 53.
- 47 Sententia contra notarium, de quo iudicium iudicialiter constat, est nulla.
- 48 Auendano sententia duntaxat vera esse potest si accipiantur de impugnatione chirographi ex ali- quo defectu, qui ipso iure presumatur dum con- trarium ab aduersario non probetur.
- 49 Sicut si alio modo a recognoscens impugnetur, & quare?
- 50 Delictum in iudicando quinquaginta mens, vel dolo, ad scribendum vel subscribendum, in dubio non presumitur.
- 51 Recognoscens chirographi absque præcia eius lectio- ne potest quandoque fieri per fraudem iudicis, alteri parti fauente, & eius rei exemplum remis- sine.
- 52 Recognoscens facillimum esset executionem aduer- sus se competentem eludere, si qualiter chiro- graphi impugnetur, ac delicti negatio ei ad id prædesset, ac sufficeret, quod iuris regulis re- pugnat.
- 53 Scriptura priuata vel eius subscriptio, per scri- bentem, vel subscribentem recognoscens, plenam fidem aduersus eum facit licet delictum infir- metur, ex veriore sententia, aduersus nonnullis contrarium existimantes.
- 54 Ad executionem similiter procedit virtute recogno- tionis, non obstante debiti infirmitate.
- 55 Sententia quo casu aduersus rem iudicatum pro- lata, ipso iure nulla est, iurata etiam reddatur lata aduersus confessionem, iuramentum, aut publicum instrumentum, secus alias.
- 56 Scriptura priuata iudicialiter recognoscens executio quare non debeat impediri ob illius impugnationem?
- 57 Executio nedum non impeditur ob qualitatem in- diuiduam, a recognoscens additam, nec in chirographo contentam sed a ligando nec ob contentam in ipso chirographo, ut in exemplo hic relato, & cum num. seqq.
- 58 Protestatio ius protestantis illud non conservat.
- 59 Debitor sub certis legibus, & conditionibus obli- gatus potest solutionem recusare, dum illa im- pleta non sint.
- 60 Negligens petere implementum conditionum, sub quibus tantum se obligatum foret, arguentis- simam contra se presumptionem, habet, quod vel simpliciter absque illi se obligauit, vel ab eo iure, quod per eas sibi quaesierat, ultro pos- tea recepit.
- 61 Soluens simpliciter partem debiti, simpliciter quæ- que ad reliquum solvendum obligatus manet.
- 62 Solutio partem debiti interrupti i, si debiti pres- criptionem in reliquo.

APPENDIX DVARVM PRÆCEDENTIVM.

Utm recognitionem saltem in ciuilibus in Geo à confessione differre præcedenti dissertatione dixerimus, quod confessio non alias executioni mandari potest, quam si simplex, certa, & clara sit, atque adeo regulariter eius executio impediatur per qualitatis alioqui coniunctæ, & connexæ adiectionem, recognitio autem priuatæ scripturæ, alioqui per se certæ, & claræ, ipso iure executionem meretur, quæ regulariter per adiectionem qualitatis, vt quicunque coniunctæ, & connexæ minime impeditur; exempla aliquot, eaque ad præxim vultu, quibus hoc planum, & euident fiat hoc loci subiungere visum est.

part. cap. 17. maxime numero secundo, Cardinal. Tusch. practic. conclus. tom. tertio, litera E. conclus. 688. per coram, Stephanus Gratianus distinctionum forens. tom. quarto, cap. 78. num. 3. & 4. Vincencius Pular, de substitum. quæst. 149. numero 8. latissime D. Ioannes del Castillo quotidian. controuers. tom. 4. cap. 17. a num. 44.

3 Vnde vice versa consequitur, qualitatem, quæ ob id potius præsumitur in chirographo, quod in eo non continetur, allegari in recognitione posse, nec ab ipsa per aduersarium separari valere, sed vel simul admittendam esse, vel simul repellendam, qualis est exceptio defectus causæ, eo quod in priuatæ cautione, siue scriptura, quam quis recognoscit, simpliciter confessus sit, si alij debere, non addita causa debiti sine qua quidem causa * scriptura ipsa inefficax est ad obligandum, si aliunde de debito non appareat, l. 1. §. 1. ff. de condit. sine causa, l. non solum 49. aliis 50. §. fin. in fin. illic: cum omnino neque mutuum accepit, neque ulla causa præcesserat debendi, nulla ratio non facit eum debitorem ff. de peculo, l. cum de indebito 25. §. fin. vers. Sin autem cautio ff. de probat. l. nulla ratio 26. ff. de donat. l. 2. §. circa ff. de doli except. l. si stipulatus 15. aliis 16. ff. de fideiussor. l. 1. §. non semper 1. vers. Sin verò sine causa promiserit, non erit obligatus, ff. de pollicitat. l. generaliter 17. illic: si quid scripti cautum fuerit, pro quibuscumque pecuniis ex antecedenti causa descendibus, eamque causam specialiter promissor edixerit, Cod. de non numer. pecun. & cap. si cautio 14. de fide instrument. quibus apud nos consonat lex fin. vers. Orosi de zimos, titulo 13. & l. 19. in princip. vers. Si la postura, e otorgamiento, que está escrito in ella, es contrazon, titulo 18. part. 3. & vltra ordinarios vbiq; notant Abbas num. septimo & duodecimo, & Decius numero 23. vers. Et subicit, in cap. de fide instrument. & ad varia expendunt Ludouicus Roman. conf. 373. numero quarto, Alexand. consil. 4. ex numero secundo, & consil. 3. numer. 6. & 7. libr. 1. conf. 182. numero quinto, libro secundo, & consil. 9. numero duodecimo libro quinto, Guido Papæ quæst. sen. dec. 176. atque ex aliis communem resoluunt, & explicant Hippol. Marfil. in l. 1. §. præcedit, ex numero 93. aliis 59. vers. Et primo adduci potest, ff. de quæst. & in repero rubr. C. de probat. ex numero 77. aliis 90. & singul. 482. Did. Segura in l. si ex regati causa, numero 81. vers. Adde tertium effectum, ff. de verb. obligat. Anton. Gomez. variat. resolut. tom. secundo, capite vndecimo, à numero tertio, Malcat. de probat. tom. 1. consil. 345. Iacob. Cancer. variat. resolut. libr. 1. capite vngesimo secundo, numero decimo tertio, vers. Dnmmodo in dicta scriptura, Cæsar Manentus dec. 70. per coram, Nicolaus Genoa de scriptura priuat. lib. 1. quæst. 4. proamiali, num. 106. 107. & 252. cum duobus sequentibus, & libro secundo, quæst. 1. ex numero secundo, Dominicus Gaito de credit. capite secundo, titulo tertio, à numero 173. & numero 202. ac titulo quarto, numer. 876. & 877. & capite tertio, num. 460. Quod & apud nos * procedit, non obstant nouissima dispositione legis Regiæ 3. titulo octauo libro tertio, ordinament. quæ est l. 2. titulo decimo sexto, libro quinto, noua compilat. vbi traditum est, quod qualitercumque quis obligatus maneat, hoc etiam ed præferat pericinet, vt stipulationis solemnitas, iure communi requisita ad obligationem ex pacto produciendam, iam minime apud nos necessaria sit, sed abique

abique ea ex qualicumque consensu seu pacto, etiam nudo, efficax producatur obligatio, & actio, vt ex illis legibus vltra ordinarios notant Anton. Gomez. variat. resolut. tom. 2. cap. 8. numero quarto, vers. Sed his non obstantibus; Greg. Lopez in l. 3. gloss. 4. circa finem, vers. Vnde dicens, tit. 6. & in l. 1. gloss. 3. vers. Hodie tamen, tit. 11. part. 3. Petr. Daenas reg. 11. ad finem, Parlador. libro secundo, rerum quotidian. cap. 3. à numero 13. maxime num. 17. D. Ferdin. Mendocça libro tertio, diffusat. de pact. cap. 9. numero 34. & 35. non vt ius commune per omnia cortigatur, contra vulgaria iura, & quæ in simili diximus differ. 6. tit. 12. numero vltim. adeoque etiam hodie * cause defectus chirographi obligationem vitiat, vt ex nostratibus resoluunt Anton. Gom. dist. tom. 1. variat. resolut. cap. 9. numero tertio, illat. 4. vers. Sed notabiliter, & cap. 11. numero quinto, D. Præles Couarr. (idem resoluens in terminis iuris Pontificij) in cap. quamuis postum 2. part. §. 4. num. mibi 24. de pact. in 6. Didac. Perez ad re. latam l. 3. gloss. 1. vers. Vtrum autem requiratur, in fin. pag. mibi 1052. titulo 8. libro tertio, ordinament. vter. Matiençus ad l. 2. gloss. 1. numer. 8. tit. 16. libro quinto, noua compilat. Ioannes Gutierrez de iuram. confirmat. 1. p. cap. 47. n. 4. Gundif. Paz in praxi 4. p. non. 1. cap. 1. numer. 10. Ioannes Martinez de Olano in concordia, & noua reducit. antinom. iuris communis, & Regij, tit. D. numero primo & secundo, merito taxantes Petrus Duchas reg. 118. ad fin. & Ioannes Baptista Villalobos in antinomias. tit. A. numero 24. & 25. contrarium securè affirmantes, qui quid eis accedat Parlador. libro secundo rerum quodid. cap. 3. numero 56. in princip. & numero 59. ad fin. vers. Hanc verò opinionem, Quinimò * & publicum instrumentum, clausula etiam, quam garantiziam vocant, clausula etiam, quæ defectu causæ impugnari potest, cum clausula illa, velut accessoria, ipsius instrumenti principis naturam sequi debeat, non vice versa, ex reg. accessorium libro sexto, nec accessorium tribuat robur, seu fomentum principali, quod per se non subsistit, l. si pacto quo piam 14. vbi notat gloss. magna, vers. Item numquid, & Bal. in 1. notab. Cod. de pactis, ex quibus sic in hoc casu, & alio simili docuit idem Baldus in l. si non forem 265. indebitum numero 6. vers. Sed an poterit, & vers. Sed quid si instrumentum, ff. de condit. indeb. quicquid alibi contrarium docuerit, nempè in l. si 4. ante numero primo, vers. Et est arguunt. Cod. de repud. hered. & in l. 2. numero septimo, vers. Et idem, Cod. de excent. rei ind. receptus à Roder. Suar. in l. post rem indicatam, ff. de re iud. notabili 3. numero 8. Parlador. dist. libro secundo, rerum quodid. capite tertio, numero 60. & cap. fin. 1. part. §. 11. numero 23. Cancerio variat. resolut. libro secundo, capite tertio, numero 53. qui alios eiusdem sententiæ authores congerunt, quorum aliquos Parlador. (quod valde obtendendum est) modò pro se, modò contra se citat, cui cæcè, vt lolet, accessit Voltauus in Curia Philip. 2. part. §. 7. numero sexto, nam Baldi sententia in dist. §. indebitum, proculdubio verior est, quam reicta distinctione Imole, & aliorum recepta à Did. Segur. in l. si ex legati causa, à numero 81. ad 84. ff. de verb. obligat. Horol. in l. tale postum 40. n. 42. & 43. ff. de pact. Gutierrez de iurament. confirmat. 4. part. cap. 47. n. 3. vers. Et quod causa, indistinctè merito recepturæ Rebusus tom. primo, ad leges Galicæ, titul. de litem. obligat. tit. 1. gloss. 9. numero 25. Attendaui,

de exeg. mandat. 2. part. cap. 30. numero 7. in 7. requisita, vers. Nam causa, & in l. 4. §. 1. de las exceptiones, numero 21. vers. Quarta solemnitas, Didac. Perez ad l. 3. gloss. 2. vers. Vtrum autem causa debiti, dist. tit. 8. libro tertio, ordinam. Olanus d. lit. D. à numero tertio, & 8. Azevedo. ad l. 1. num. 169. vers. Contrariam tamen opinionem, tit. 21. lib. 4. noua compil. D. Iacobus Valdes. in annotat. ad Roder. Suar. dist. notab. 3. in addit. ad numero 1. lit. M.

Sequens exemplum valde ad præxim utile videtur est in eo, qui certam se ad alio pecunie quantitatem mutuo accepisse in chirographo falsus est, & post biennium ab eius confessio- ne illud ad creditoris instantiam recognoscens, spe futuræ numerationis se id scripsisse, aut scribi mandasse subiungit. Nam et si hæc adiecta qualitas actui confisio coniuncta, & connexa sit, at nihilominus potest ab altera parte repudiari, simplicem tantum recognitionem, quæ sibi proficua est; admittente. Maxime inspecta illorum sententia, quæ * huiusmodi qualitatem, siue exceptionem tunc temporis obiecta, ad eò contra se iuris præsumptionem habere existimarunt, vt & probationem in contrarium excludat, quos referunt, & sequuntur Emanuel Costa in l. si ex cautione, fallent. vltim. numero secundo, in princip. iuncto num. 4. cum duobus seqq. & in vlt. differ. à num. 6. C. de non numer. pec. Petrus Duchas reg. 261. ampl. 1. Hippolyt. Riminald. conf. 272. à num. 16. vol. 3. Seraphin. de princ. iuram. princ. 60. num. 14. in fin. Menoch. conf. 47. num. 9. lib. 1. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 143. numero duodecimo, Fachin. controuers. iur. libro 2. cap. 82. vers. Contrarium, & cap. 83. Martin. Benechendor. in addit. ad Seraph. vbi proxime, num. 3. in princip. & vers. Ita vt, Ioannes Zangerus de except. part. 3. cap. 14. num. 66. Stephanus Gratianus dec. Rota Marchia 164. num. 3. in fin. & in addit. ad eundem num. Qui præsertim mouentur arg. tex. in l. sinistra 8. vers. Sin verò, l. asservatio 10. vers. Exceptio, & in l. in contractibus 14. in princ. illic, vt ex lapsu nullo modo querela non numerata pecunia introducti possit, C. de non numer. pecun. & in §. 1. in fin. illic, vt vltra biennij metas huiusmodi exceptio minime extendatur, in §. de liter. obli. quibus apud nos consonat lex 9. vers. Et si se callere, vbi & notat Gregor. gles. 6. tit. 1. part. 5. Ioan. Gratianus reg. 168. num. 2. Ceval. pract. quæst. commun. contra commu. tom. 1. q. 38. num. 7. & q. 39. in princ. iuncto vers. Prima tamen, vltra innumeros alios, nouissime congelteos à Gasp. Hermosil. in annotat. ad Greg. Lop. d. 21. 6. nu. 1. qui ferè omnes id contra plures verius esse concludunt, nedum in terminis iuris ciuilibus, sed etiam Pontificij, Ceterum * contraria sententia, quæ debito- rem chirographatum post biennium admittit ad opponendam exceptionem non numeratæ pecunie, assumpto in se onere probandi, vtroque iure inspecto, tum receptissima est, vt constat ex gloss. verbo probare, post med. vers. Item idem dicit, Bart. numero 11. & reliquis in d. l. si ex caus. simili gloss. verb. nullo modo, in princ. Bart. numero 10. in fin. & aliis in dist. l. in contractibus, vltra inferius referendos, & eos quoque quos præcedentis sententiæ authores pro hac referunt, maxime Costa dist. numero septimo, vers. Licet aliter, & Zangerus, qui fotentem vltim hanc potius admisisse testatur, dist. cap. 14. num. 67. cum 2. seqq. cum etiam in puncto iuris verior, vel

11 vel ex eo, quod *iura biennium concedentia, ei, qui per scripturam se mutuum, accepisse pecuniam, fallus est, cum reuera non accepit, vt eius rei querimoniam proponere possit muloque magis exceptionem obicere, si interim cum mutui actione ab ipso peti contingat, etiam eius fauorem, & utilitatem respexerunt, vt sola non accepta pecunie allegatione ipsum tutum redderent, contrariumque probandi onus in aduersarium transferrent, adeoque in eius damnum verti non debeat, ex reg. *Tex. in l. nulla. 25 ff. de legib. l. quod fauore 6. Cod. eod. tit. cum aliis à me relatis, latèque exornatis differt. 5. numero 19. quibus addo opti. *Tex. in l. 3. si emancipatus, illic, cum refectio quo magis admittatur, non quominus, adhibeatur ff. de bono poss. cont. tab. veterentur autem * in damnum, si asserto debitori post id tempus probandi onus in se assumere volenti legitimum remedium denegaret, scilicet vel actionis in factum vt in chirographo contentum verum fiat, aut id illi reddatur, ne eius virtute ipse, vel heres eius postea, cum forsam probandi copia deficiat, molestari possit, vt arg. *l. 2. Cod. de condit. ex l. tradit post alios Rebus. tom. 1. ad l. Gall. tit. de chirographo. recog. art. numero 50. quæ sanè actio non minori tempore quam 30. annor. tollitur, iuxta reg. *l. scilicet. 5. Cod. de presump. 30. vel 40. ann. l. 22. tit. 29. part. 3. & in terminis ex l. signa 7. C. de non numer. pec. apud nos verò nouissimo iure Reg. non minore quam 20. ex l. 5. Tau. l. 6. tit. 13. libro quarto noua compil. ac diximus sup. differt. 8. numero septimo, vel exceptionis, fortiori ratione competentis aduersus chirographarium creditorem, iniuste ex chirographo ipso agentem, nam & exceptio sui natura perpetua est, ex regu. *Tex. in l. p. 6. §. 5. ff. de doli except. ad que alia probant, & crebrius receptum profitentur Anton. Gomez. & ad eum Eman. Suar. var. resol. tom. 2. capite sexto, numero septimo Gasp. Caballinus millelog. 673. part. 2. Mascard. de probat. concl. 695. numero sexto, l. 6. §. 23. Menchac. de success. creat. libro primo, §. 9. à numero 22. vers. Contrariam, Matthæ de Alibi. decis. Neapolit. 110. numero secundo Ioannes Franc. à Bellacomba inter communes opin. tom. 1. lib. 4. tit. 10. num. 12. vers. Quod se post, & vers. Et si contrariam, Card. Franc. Mantica de tacit. & ambig. conuen. lib. 18. tit. 2. à numero 16. in fin. vers. Sed diuersa sententia, Polydor. Ripa sing. obseru. lib. singul. obseru. 28. à numero secundo, D. Pichard. in princ. inst. de iur. obli. à numero 11. maxime numero 15. 28. & 29. Fontanel. de part. nuptial. claus. 4. gloss. 18. part. 2. ex numero 17. Hemmoll. ad Greg. Lop. dist. gloss. 6. numero tertio in uel. numero quarto, & 8. Euerard. Bronchorst enantiophanon, sius quas. controuerfar. cent. 2. assert. 21. Qui quidem omnes * legibus illis, exceptionem non numeratæ pecunie post biennium excludentibus eodem ferme modo, quo diximus respondent, nepe vt de ea tantum exceptione loquantur, quæ per modum querelæ proponi potuit, translata videlicet onus probandi in creditorem, non de exceptione in factum, ex eo competente, quod reuera pecunia numerata non sit, vt & considerat, quanquam dispositionis gratia tantum, Eman. Costa dist. numero tertio, huic verissimam considerationem & alii per ipsum allatis, quæ peculiari satisfactione egebant, nihil postea respondens. Sed & d. lex Regia partitæ eandem admittit interpretationem, quia in dubio non censetur ius commune*****

corrigere, iuxta ea quæ resoluimus differt. 19. numero 43. qua de re omni dixi olim solius in scriptis ad c. si casus 14. de fide infirm. & aliquid breuiter superius attigi differt. 21. Quæ etiam verissima sententia admittit, constat qualiter, siue exceptionem illam post biennium obiectam, tamen si consensio scripturæ, ad quam recognitio refertur, contemporaneam, & connexam, ab ea nihilominus separari posse, ita vt dum per recognoscendum probata non fuerit, sola recognitio attendatur, eiusque virtute executio aduersus illum locum habeat: Hæc itaque sententia * à prima in eo distat quod secundum hanc qualitas illa non numeratæ pecunie, recognitioni addita quoad hoc tantum reicitur, ne aliquid obicit quin executionis mandatum in sic recognoscendum decerni valeat, vt verò prima impedita, vtroque modo huic rei præfixo opponi ac probari possit ad realem ipsam executionem penitus impediendam; at verò prima impedita, vtroque modo qualitas illa repellitur, vt nec verbalem, nec realem executionem remouetur, vt in simili casu * non soluta, vel tradita specie, quam creditor ex causa emptionis in simplici chirographo se recepisse professus est, & post 30. dies, ad receptionis defectum allegandum iure præstitutos in lin. contrahitibus 14. §. super ceteris, Cod. de non numer. pec. (de qua, & eius ratione differunt post alios Rebus. 1. tom. ad l. Gall. tit. de chirographo. recog. art. 2. numero 14. Seraph. dist. prin. 60. numero secundo, vers. Vnde dicendum) chirographum illud recognoscens addidit se non nisi ipse futura receptionis eidem subscripsisse, nec reuera recepisse, quod per huius qualitatæ adiectionem, vt vt potè post 30. dies iure reprobata minime impediatur, respondit Marta consil. 113. per tot. Cuius tamen sententiam dom omnino post id tempus talem reicit exceptionem, etiam si creditor eius probationem in se assumere velit, etsi commune esse constet ex adductis ab eo numero quarto, & latius ab Em. Costa. in l. si ex cautione, in vltim. differt. numero secundo, Cod. de non numer. pec. ego in puncto iuris falsissimam iudico: nam qua ratione in mutuo exceptio non numeratæ pecunie, post biennium creditori opposita non excluditur, assumpto in se per debitorem eam opponentem probandi onere, eadem nec in ceteris contractibus exceptio non numeratæ pecunie, vel speciei, quam creditor se recepisse in chirographo fallus est, post 30. dies debitori petenti obiecta omnino reicienda est, sed sub ea qualitate recognoscendum dumtaxat ad eius probationem adstringet, id quod planè voluit Bart. in dist. l. si ex cautione, numer. 12. & consil. 160. numero secundo, & tertio, volum. 1. & post Zyn. Salycet. in l. interest. 21. in fin. Cod. de solut. Fulgos. in dist. §. super ceteris, in princ. lat. in l. duobus (aliàs in duobus) 28. numer. 9. vers. Considera, ff. de iur. ac sequitur tandem, & optimeque defendit Eman. Costa in dist. vltim. differtentia, numer. 9. vers. Mihi tamen, cum 3. num. segg.

17 Ex quibus vice versa fit, aliud dicendum esse, cum exceptio non numeratæ pecunie opponitur à debitore recognoscens chirographum intra biennium, hæc etenim exceptio tunc obiecta, & recognitioni addita per se euidens inest, & à iure præsumitur, onus probandi, pecuniam reuera numeratam fuisse, in aduersarium reiciende, ex relatis iuribus, vbi nota-

runt omnes, ac pro regula tradunt Bernard. Diaz reg. 249. Petr. Ducañas reg. 121 & 260. atque alij confestim referendi. Idque * etiam si chirographum, in quo quis mutuum se accepisse accepisse professus est, vallatum sit iuramento, non quidem ipsi confessioni receptæ pecunie accedente, vt plerique voluere relati, ac recepti à Mascard. de probat. tom. 1. conclus. 695. num. 20. Philippo Paschali de viribus patriæ potestatis p. 1. cap. §. num. 62. & 63. & alij, quos referunt mox citandi, sed promissioni solvendi tantum, quia eius tunc naturam, & conditionem, si numerata videlicet pecunia fuerit, cuiusmodi iuramentum fortitur, Text. sic intelligendus in l. fin. Cod. de non numer. pecunia, cum gl. ibi, verbo Sacramenti, & communi, quam pluribus relatis resoluunt Emanuel Costa in d. l. si ex cautione, fallentia 9. ex numer. 1. Ioan. Bolognet. in l. 1. num. 216. vers. Etenim, ff. soluto matrim. D. Couarr. in cap. quamuis pactum, 1. p. §. 3. vers. Vnde eiusdem, aliàs num. 21. & 32. de pactis lib. 6. Gutier. de iuram. confirmat. 1. part. cap. 37. num. 1. & 5. vers. 2. & non solum Pinel. in l. 2. Cod. de rescind. 2. p. cap. 3. num. 3. Eman. Suar. inter communes opiniones, tom. 1. lib. 4. dist. tit. 10. numero secundo, Barbosa in dist. l. si soluto matrim. 6. part. numer. 46. vers. Ex his Benchedorf. ad Seraph. dist. prin. 60. numero secundo, & tertio, Pereira in comment. ad tit. inst. de iust. re. §. 8. ad §. 2. huc, numero 33. Ludouic. Mortuorum conf. 88. numero 13. vers. Et ampliant libro primo, Ioannes Baptista Costa de falsi scientia vel ignorant. in spec. 27. à numero 9. Vincentius Carot. de remed. aduers. præiud. sentent. except. 1. 59. numero septimo, nouissimè, & eleganter Anton. Merenda controuerfar. iur. libro secundo, cap. 30. per totum, maxime à numero tertio, atque ita memorata exceptio vt potè à iure præsumpta, ipso iure tunc reddit recognoscendum, ne aduersus ipsum procedere executio possit.

19 Quod vitique abque dubio procedit, cum in ipso recognitionis actu, vt posuimus, illa opponitur exceptio, seu qualitas, quo casu recognitio informis est, & incerta, vt cum Bald. in l. generaliter, quast. 2. Cod. de non numer. pec. docti Auendañ. de exeq. mandat. 2. part. cap. 30. numero tertio, in 4. requisito, apertius Parlador. libro secundo verum quodid. cap. fin. 1. part. §. 5. numero 12. vers. Aut statim, Volafius in Curia Philip. 2. part. §. 6. numero quarto, Villadieg. in polit. capite 2. numero 30. nouissime post nonnullos alios Ioan. à Sande decisum. Priscar. libro primo, tit. 8. de iuram. calum. definit. 3. vers. Exceptio quoque.

20 Cæterum ille casus in difficili est, an si hæc exceptio non numeratæ pecunie, in ipso actu recognitionis intra biennium facta fuerit ommissa, ex post facto intra terminum opponendis, ac probandis exceptionibus præstitutum, admittenda sit, nec ne? & pro parte negatiua, quod non sit illa admittenda, illud præsertim vtget, quod certæ dumtaxat exceptiones, intra decem dies probandæ, iure nostro Regio admittæ sunt in l. 1. & 2. tit. 1. libro quarto, noua compilat. inter quas exceptio non numeratæ pecunie non refertur, & licet referretur, adhuc eius probandæ necessitas excipienti incumbet, cum probationem lex illa secunda requirit, illic: Saluo si deniro de diez años mostraré la tal paga. o legiti-ma excepcion, nec per hoc reo facultatem adimat, ea vtendi exceptione in ordinario iudicio,

quod saluum ipsi post executiuum manet, iuxta superius tradita differtat. 22. numero 33. sed & in terminis similis statuti, * executiuum vim publico instrumento tribuentis, certaque tantum exceptiones admittentis cum minime impediri per exceptionem non numeratæ pecunie, sed talem exceptionem ad ordinarium iudicium referendam fore voluerunt Petr. de Bellapertica in l. 1. Cod. de non numer. pecun. & Bald. in l. si sub specie 3. numero quinto, vers. Vnde non credo, Cod. de postulando, conferunt tradita à Bart. in l. 1. §. & parui refert, numero quarto, in 1. ff. quod vi, aut clam, Amola in l. fin. numero quarto, vers. Iuxta prædicta, ff. à quibus appel. non licet, quorum sententia probat magis, quam aliorum contrarium docentium Parlador. libro secundo, verum quodid. cap. fin. 5. part. §. 11. numero 52. & 52. vnde & illud consequens videtur, vt nec aduersus chirographum, absolute in iudicio recognitum, quod instar publici instrumenti executionem habet, vt differtat. 23. latè diximus, illa exceptio admittenda sit. Accedit, * quod recognitio in iudicio absolute facta, nihil aliud est, quam quædam iterata confessio iudicialiter facta eius, quod in scriptura ipsa recognita continetur, ita pura, certa, & clara, ac confessio eiusdem scripturæ, ad quam refertur, ac proinde non minus executionem habet, quam si denno abque vlla relatione in iudicio fieret, iuxta ea quæ præcedentis differtationis initio diximus numero primo, & secundo, aduersus * confessionem autem absolutam, putam, certam, & claram in iudicio factam, exceptio non numeratæ pecunie, aut alia similis non admittitur, ex reg. Text. in l. generaliter 12. vers. Nimis enim indignum, Cod. de non numer. pecun. & in l. unica, Cod. de confessis, illic: sine causa desideras recedi à confessione tua, cum & soluere cogaris, vbi in terminis notat gloss. verbo soluere, in princ. quam bene notandam dicit Salyc. numero primo, ad fin. ex quibus hæc * sententiam, quod non sit admittenda exceptio non numeratæ pecunie, ad impediendam executionem chirographi, simpliciter iam ante in iudicio recogniti, docuit etiam Parlador. dist. cap. fin. 1. part. §. 5. numero 12. ad fin. vers. Aut verò, ac numero 13. receptus à Volafio in Curia Philip. 2. part. de iudicio executiuo §. 6. numer. 4. post medium, vers. Mas fidespnes.

25 Pro affirmatiua verò parte, quod nimirum non numeratæ pecunie exceptio, recognitionis intra biennium factæ tempore opponi prætermilla, opponi postea possit ac probari intra decem dies probandis exceptionibus iure nostro Regio præfinitis, hæc vltra alia videntur faciunt. Primum est, quod leges nostræ Regiæ ad impediendam executionem nullam exceptionem remouent legitimum, si intra decem dierum terminum probetur, vt latè ostendi differtat. 14. numero 12. ergo nec hæc exceptio excludenda censeri debet. Alterum est, * quod aduersus instrumentum publicum, ex quo intra biennium executio petita est, longè verius, ac receptius sit, relatum admitti exceptionem, abque vlla eam probandi necessitate, sed contrarium probandi onere in aduersarium reiecto, quemadmodum resoluunt Rebus. 1. tom. ad leges Gallicæ tit. de chirographo. recog. art. 2. numero 36. in uel. numero 47. in fin. Roder. Suar. latissimè, & eleganter probans, contrariæque sententæ fundamentis satisfaciens, in l. post rem iudicatam, in

declar. l. Reg. 8. sed pro eidentia, ex numero 12. Anton. Gom. var. resolu. tom. 2. cap. 6. numero tertio, Auendañ. de exeq. mand. 1. part. cap. 16. numer. 11. Petr. Duenañ. reg. 260. ampliat. 7. Didac. Perez ad l. 4. tit. 8. libro tertio. ordin. gloss. 1. vers. Quotidianum dubium, pag. mibi 1085. Gundissal. Paz in praxi 4. p. tom. 1. capite tertio, numero quinto. Azcued. in dict. l. 1. tit. 21. libro quarto noua compil. sub numero 82. Amator Rodericus de executio-

gantis, recognitio reddatur informis, & incerta, quæ executionem non meretur, vt superius dixi, & per consequens nullus datur casus, in quo exceptio non numeratæ pecuniæ opponi possit, cessante executione, quia qualitas absque subiecto dari non potest, iuribus vulgaris. Quod ergo * Ceual. dicere voluit, vt sibi ipsi constet, & Parladorij sententiam, prout intendit, refellat, illud est, chirographum à se subscriptum recognoscentem, dum tamen simul debitum in eo contentum non fateatur, vel illud absolute neget, nulla addita negationis causa, quæ multiplex esse potuit, vltra defectum numerationis pecuniæ, puta debiti solutio, cuius suppositio, ac dolosa ad subscribendum inductio, aut per metum, vel errorem facta subscriptio, posse postea executionem non numeratæ pecuniæ, aut aliam ex his, quas sub ea negatione comprehendere voluit, allegare, ac probare, quæ nimirum talis absoluta negatio, est res penitus distincta à recognitione, quæ illius executionem non impedit, falsis reo defensionibus, legitimo tempore opponendis, ac probandis, vt ad sequens exemplum aptius dicam, idque inferiora Ceuali verba manifestè demonstrant, atque ita cum intellexit, ac probauit, tamen si hæc, quæ diximus non animaduertit, Stephanus Gratianus post hæc scripta visus decisione Rota Marchia 164. addit. vltim. numero septimo, & octauo.

Inter quas discordantes sententias illa mihi verissima conciliatio videtur, vt prior Parladorij, & Volani, quæ exceptionem non numeratæ pecuniæ, in ipso actu recognitionis intra biennium factæ omisam post modum intra tempus, probandis exceptionibus præfixam, admitti negat, vera sit, & procedat, quod admittendam huiusmodi exceptionem cum iure, ac privilegio transferendi onus contrarium probandi in aduersarium; nam cum tali privilegio minime illa admittetur. Tum quia præfacta recognitio, iuxta biennium facta iuxta questionis nostre hypothesein, cum simplex fuerit, per se executionem habet, vt in secundo fundamentum prioris sententiæ dictum est, ad eoque talis executio semel competens, non debet cessare ob solam illius exceptionis oppositionem postea factam. Tum etiam, quia exceptio non numeratæ pecuniæ, tunc temporis omisam, iuris contra se præsumptionem habet, quod vera non sit, cum tali tempore fuerit prætermisam, quo si opponeretur, omnino executionem impediret, nempe in ipso actu recognitionis, factæ intra biennium, quo casu sola sufficeret allegatio, vt ipso iure præsumeretur, nec ad eoque stupidus censendus sit, vt tam vtilem, ac clarum iuris vii defensionem, si ipsi reuera competere, omisit foret, aut si illa sibi competebat, eam in dubio remittere censendus est; arg. mento l. filius famil. 8. §. veterani, illic: nisi hoc tempore litis contestata quocumque casu prætermisum est, & in l. qui procuratorem 57. §. si quis remisit, iuncta Gotofredi nota, ff. de procurator. l. si quis delegauerit 11. ff. de nouat. cum traditis à Bart. & Bald. numero primo, & ceteris communiter ibi Decio in cap. pastoralis 4. numero 66. circa finem, vers. l. el secundo, de exceptionibus, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 45. num. 11 & lib. 6. præsumpt. 41. numero primo, in fine. At verò * posterior sententia,

sententia quæ vice versa intra decennium, probandis exceptionibus præstitutum, admittit exceptionem non numeratæ pecuniæ, recognitionis prætermisam, dumtaxat locum habeat quoad admittendam tunc huiusmodi rei exceptionem absque illo privilegio transferendi onus probandi in aduersarium sed in se assumpto tali onere, quemadmodum si post biennium opposita esset, sic enim tam admitti ratio postulat, quoniam scilicet hoc modo enervatur, ac tollitur illa præsumptio, quæ contra simpliciter ab initio recognoscentem aderat, prout regulare est * in habente contra se præsumptionem ex reg. l. fin. in fine principij, illic, sed huiusmodi præsumptioni debet apertissima probationis violentia opponere, ff. quod metus causa, l. ab ea parte 5. in princ. & §. 1. si chirographum 24. & l. cum de indebito 25. circa finem principij, vers. Et ideo cum, ff. de probat. cum aliis adductis à Menoch. optime exornante de præsumpt. libro primo, quasi. 33. numero secundo, & libro quarto præsumpt. 116. n. 14. & libro 6. præsumpt. 13. numero sexto, Mascard. de probat. tom. 2. conclus. 1227. ex numero secundo. Gabriele Aluarez, ad axiomata iur. l. i. P. numero 139.

Tertium occurrit exemplum in eo, qui subscriptionem recognoscentis dicit, se chirographum antea non legissè: nam & si verum sit, subscriptionem non nocere ei, qui cum subscribetet quæ scripta sunt non legi, & multo minus si ante factam scripturam schedulæ vacuæ subscripsit quæ postea confecta est, quod vulgo dicimus firmam en blanco la cedula, y lenarla despues, argumento Text. in l. fin. vbi notat Baldus in princip. C. plus valere, quod agitur, quam quod simulane concipitur, ac post Innocentium tradit Felinus numero 37. in princip. vers. Secus est, in capite secundo de fide instrumenti. & in cap. quoniam contra, numero quadragesimo octauo, de probat. & post Imolan, Angelus, & Paulus Castrensis numero secundo, & Iaf. numero decimo tertio, in l. si sit stipulatus 126. §. Chrysothomus, ff. de verbor. obligat. Rebutius de chirograph. recogni. in præf. numero 101. & 102. Horolocius in Lemper prædij 47. & numero 18. ff. de pactis, Ioannes Baptista Cacciaplupus in tract. de transact. quest. 12. numero decimo quarto, Anton. Gabriel commun. conclus. libro primo, tit. de præsumpt. conclus. 1. numero 18. Menoch. de præsumpt. libro tertio, præsumpt. 66. numero 21. Mascard. de probat. tom. 3. conclus. 1347. numero decimo sexto, decimo septimo, & decimo octauo, Mattheus Colletus de præfessionibus executiuis, part. 3. c. 1. num. 121. Azcued. ad l. 5. art. 21. libro quarto, noua compilat. numero octauo & nono, Marius Antonij Maceratenis var. resolut. libro secundo, resolut. 4. numero septimo, nouissime Dominicus Gaitus de credito, capite secundo, tit. 8. numero 2627. tamen in dubio * minimo præsumendum est, quemquam præuia cognouisse subscriptionem, absque præuia chirographi lectione, imo id ab allegante liquido probari necesse est, vt notatur Bart. in l. 1. §. si quis neget, numero undecimo, ff. quemadmodum testam. aperiantur, Alex. numero decimo tertio, & Iaf. numero decimo quarto, in d. §. Chrysothomus, idem Alex. & Iafon, ille cons. 147. numero 8. libro secundo, hic vero in l. que doctis 34. numero 94. ff. saluto matrimon. Cacciaplupus d. quest. 12. numero decimo quinto, Rebut. & Colletus, optimam huius rei proximum præfessionibus vbi proximè, ille numero 103. hic vero numero 122. & 123. Anton. Gabr. d. conclus. 3. D. D. Vela Dissertat. Iuris Tom. I.

numero vigesimo nono, & trigesimo, Menoch. late distinguens, de præsumpt. 66. ex numero 23. & Mascard. d. conclus. 1347. ex numero decimo nono, Parlador. libro secundo, verum quorid. cap. fin. 1. part. §. 5. numero septimo, vers. Sed neque erit audiendum, Iacobus Cancercius var. resolut. libro primo cap. 22. numero tertio, ac remissiuè Gaitus d. tit. 8. numero 1628. Ioannes Aloysius Riccius decisorem curia Archiepiscopalis, part. 2. decis. 172. numero vltimo.

Ex quibus cauendum est à Petro Nuno ab Auendañ. de exequend. mand. 2. part. cap. 30. numero tertio, in 2. & 3. requisito, quæ inter alia connumerat, vt chirographum à parte recognitum executioni mandari possit; in tertio namque postulat, quod priuatum huiusmodi instrumentum prius sit recognoscenti lectum, nec alias aduersus eum executio competat; cum ex dictis constet, præsumam lectionem in dubio præsumi, nec contrariam partis allegationem, dum ab ea liquido probata non fuerit, sufficere ad executionem impediendam. Nec contarium absolute voluit Mattheus Afflictus ad consiliu. Neapolitanu libro primo, rubr. 93. numero octauo, cuius autoritate Auendañ. nititur, loquitur enim in casu valde speciali, ac notabili, ob apertum iudicis dolum, vt apud ipsum videre est, & inferius notabimus: in secundo verò requisito * generaliter exigit Auendañus, quod chirographum à recognoscente impugnatum non fuerit, ductus autoritate Roderici Suarez in l. post rem indicatam, ff. de re indicata, §. 1. 106. iuxta editionem veterem, vers. Corroborari potest, sine notab. 2. numero tertio, iuxta nouissimam, quo loci Rodericus ex sententia Antonij de Butrio in cap. ab excommunicato 41. numero vigesimo quarto, post medium, vers. Hæc omnia vera, vers. Idem dicerem, & vers. Ex his dico, & Alexandri, qui eius dictum valde extollit, in l. nam & postea 9. (quam legit sub l. an Prator 7.) §. si damnatur, numero quarto, ff. de iure iurand. ac Felini, qui vtrumque refert, in cap. inter monasterium 20. numero vigesimo vers. At illud, primo & secundo, de sententia & re indicata, eisdem sequitur docet, * sententiam latam contra confessionem, vel iuramentum, aut publicum instrumentum, de quibus liquido non constat, quia à parte impugnata sunt valere, per Text. id dict. §. si damnatur, iuxta secundum intellectum gloss. ibi, vers. Vel die, & vers. Et secundum hoc nota, & in cap. subfortia 21. de sententia & re indicata, tamen alias * confessio iudicialis, & iuramentum rei iudicæ equiparentur, & vt ipsa res iudicæ executionem habeant, ex dict. l. post rem indicatam §. 6. ff. de re indicata, cum similibus, ac resoluunt cum innumeris Farinacius praxi, & theoria criminali parte tertia, tit. de reo confesso, & consilio question. 8. numero quarto, Camillus Borellus in summa decis. tom. tertio, à numero 128. ad 137. & instrumentum publicum * sit probatio euidentissima, & (vt aiunt) probata, vt ex l. cum precibus 18. Codic. de probat. & cap. cum dilectis 6. vers. Mandamus, de donat. vltra ordinarios vbiq; notant cum pluribus Tiraquel. de retract. consanguin. §. 2. gloss. primo à numero vigesimo, Mascard. de probat. tom. secundo, conclus. mibi 907. per totam, & nos supra dissertation. 10. numero 67. ad eoque consequens videatur, vt quemadmodum sententia * lata contra aliam sententiam inter eandem partes, quæ in rei iudicæ,

tamen ius tuum postmodum fueris protestatus, de censib. & exat. & ubique Doctores late Bartol. & repetentes in l. non solum 8. §. morte, ff. de noui oper. nunciat. & alibi passim, expendunt ad varia Alexand. conf. 130. à numero decimo tertio, libro quarto, & conf. 181. numero 8. libro sexto Philip. Decius conf. 460. numero undecimo & duodecimo, & conf. 516. numero 19. tom. 2. Paul. Patil. conf. 20. numero 19. & 20. conf. 104. numero 10. & conf. 109. numer. ultim. libro tertio, Surd. conf. 3. o. num. ult. & conf. 385. numero 20. & de alim. tit. 9. quast. 26. numero 136. Stephan. Gratianus discipulationum forens. tom. secundo, cap. 246. numero 28. tom. 3. cap. 51. numero septima, & tom. 5. cap. 937. numero 27. ac prosequuntur optime post plures alios Mascard. de probatio. conclus. 1243. à numero 21. tom. tertio Menoch. de presump. libro sexto, presump. 41. numero undecimo, Cardin. Mantica de tact. & ambig. conuent. libro 15. titul. 4. numero quarto & quinto, Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 6. conclus. 938. per totam, Mangil. de impuat. quast. 15. numero duodecimo, Fontanel. de pact. nuptial. claus. 4. gl. 10. part. 1. numer. 134. & 135. & claus. 6. gloss. 11. part. 5. à numero nono, & claus. 7. gloss. 2. part. 3. numero 18. & gloss. 3. part. 1. numer. 66. cum duobus sequentibus, Marius Giurba, non paucos cumulans decis. Sicilia 85. numero sexto, vel solutionem reculare dum in conuentionem deducta non impleverunt, argument. Text. in l. Iulianus 9. §. offerri, ff. de act. empt. & in l. quara 58. §. inter locatorem, ff. locati, ubi notat Bald. numero primo, Bald. in l. pacta conuenta 72. in 2. notab. ff. de contrab. empt. (quam legit in l. iuris gentium 7. post §. adeo ff. de pact.) idem Bald. in Auth. dos data Cod. de donat. ante nupt. in lectura nona, numero tertio, ad fin. ubi per eum Text. ait, quod qui differt facere quod debet, non potest petere quod ei debetur, ac rursus in cap. 1. numero nono in fin. Qualiter dominus proprie. feud. prim. in 2. §. feud. ubi quod qui non facit quod debet, non recipit quod oportet, optime Iaf. hac & alia Baldi loca referens conf. 11. numero 11. 12. 13. & 14. volum. 4. Dec. conf. 36. numero secundo, circa fin. vers. Circa primum, tom. 1. & conf. 464. numero secundo vers. Et pariter videtur, tom. 2. August. Beroi, conf. 15. numero decimo quarto, volum. 3. M. Anton. Nara conf. 50. numero quarto & quinto, tom. 1. Aymon. Craueta conf. 127. numero quarto, part. 1. Rolandus à Valle conf. 53. à numero decimo septimo, & 27. volum. 1. & conf. 69. numero trigesimo septimo, volum. 4. Francisc. Beccius conf. 45. numero sexto, cum sequentibus, maxime, numer. 38. volum. 1. Achilles Pedrocha conf. 1. à numer. 233. & in responsio de resolut. contractus, numer. 786. Matth. Afflicti decis. 220. numero quarto, in fin. Surd. decis. 220. numer. 18. Marius Giurba decis. 115. n. 10. Cardin. Mantica de tact. & ambig. conuent. libro tertio, titul. 12. numer. 53. & tit. 16. numero decimo quarto, Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 1. tit. C. conclus. 113. numero 47. dum nihil horum fecit, & ut in proposito exemplo supponitur, verisimile valde sit vel conditiones illas sicte fuisse adhibitas, quia non sic earum implementum debitor negligeret, vel ipsum ab eo iure, quod sibi per eas quaesierat, vltro postea recedere voluisse argument. Text. in l. 1. §. 1. in fin. illic, sed si sciens se non debere soluit, cessat repetitio, ff. de condit. indeb. l. indebitum 9. Cod. eod. tit. l. cum de indebito 25. vers. Si vero, ff. de probat. l. cuius per errorem 53. & l. donari 82. ff. de reg. iur.

l. 2. Cod. de his, quae vi, cap. Pastoralis 5. vers. In quod, ext. de except. atque ita * simpliciter obstrictum manere ad reliqui solutionem, tanquam pure probato, agnitique debito per absolutam solutionem partis, argument. Text. in l. sed Iulianus 9. (que alias est sub l. item si filiusam. 7.) §. hoc amplius, illic si pater solvere capit quod filius familias munum sanxerit, ff. ad S. C. Macedon. & in proposito melioris in l. 4. illic: cum fides cautionis agnoscens, etiam solutio nem portionis debiti, vel vlturarum fieris, intelligitur se non numerata pecunia nimirum tarde querelam deferere Cod. de non numerat. pecun. cum his, quae vltro ordinarios vbiq. resoluunt Ludouic. Roma. conf. 121. numero secundo, vers. Igitur est consequens, Rebus. tom. 1. ad leges Gallicus tit. de chirograph. recognit. artic. 2. numero 57. Boer. decis. 33. numero tertio, in princip. Anton. Gomez variat. resolut. tomo secundo, capite sexto, numero secundo, limitat. 7. vers. Vel etiam, & vers. Ex quo nota, Emanuel Costa, quamquam non per omnia communi sententiae accedat, ad l. si ex cautione fallentia 7. numero tertio, quarto & quinto Cod. de non numer. pecun. Petrus Barbosa, qui eum refert, ac sequitur in l. 1. ff. solut. matrim. 6. part. numero quinquagesimo octavo, vers. Quae sunt igitur, & numero quinquagesimo nono, Ioannes Francisc. à Bellacomba inter communes opinion. tomo secundo, libro octavo, titulo vigesimo septimo, de solut. numero 66. Cardin. Domin. Thufcus pract. conclus. tomo septimo, liter. S. conclus. 347. numero sexto. Vnde est, * vt ex solutione partis debiti interrumpatur ipsius debiti praescriptio in reliquo, l. cum natiissimi 7. §. iud. & illud, vers. Sed & si quis, in illa gloss. verbo interrupta, & communi, Cod. de praescript. 30. vel 40. annor. l. 29. vers. Oro si decimas que si non homo, illic: o pagando algo por razon de menofcabo, o dando parte de precio, ubi notat Gregorius Lopez gloss. quarta, titulo vigesimo nono, part. 3. Boerius decis. 33. numero tertio, post princip. ac post alios latissime Petrus Barbosa in d. l. cum natiissimi, à numero quadragesimo primo, ad 49. ex quibus tamen non sic exaratis, sic in terminis confessionis iudicialis praefato modo factae, nempe debere se sub certis legibus, & conditionibus, & non aliter, quod consenti non proficiat, quem constat, post tempus illud à quo debitum contractum esse fatetur, partem debiti simpliciter, & absque vlla protestatione soluisse, docet, ac iudicatum refert Anton. Faber in Codice sui nominis libro quarto, titulo decimo quarto, de probat. desinit. 65. Quare & in recognitione, in qua diuersa ratio in proposito considerari nequit, idem dicendum est.



DISSERTATIO XXVI.

De iure exequendi, ex chirographo in iure recognito competente. quo tempore praescribatur, & vnde id currere incipiat: ad intellectum l. 63. Tauri, & l. 6. titulo 15. iuncta l. 15. titulo 21. lib. 4. noua compilat. & obiter de intellectu l. 1. ff. qui potior es in pignor. hab. & l. 3 & 4. titulo 13. lib. 3. ordinam. ac de recognitione, vel confessione post praescriptam personalem actionem facta; & de praescriptione iuris executiui, per quem actum interrumpatur, & ad quod vsque tempus ex quo interrupta est prorogatur.

S V M M A R I A.

- 1 Exequendi ius ex personali actione, siue in publico instrumento, siue in privato recognito competente, decem annorum praescriptione tollitur, ac finitur.
- 2 Decennium istud vnde in chirographo recognito currit, an à die recognitionis, an à die celebrati contractus, vel ex quo ille quomodocumque in iudicium deduci potest, non satis inter Regnicolas constat, quorum nonnulli secundum magis probant.
- 3 Praescriptio cuiuslibet iuris ex eo tempore currit, ex quo ius ipsum competit, & in iudicium adduci potest.
- 4 Ius agendi ex contractu, etiam in privato instrumento contento, vel statim competit, si contractus ipse sit purus, vel ex quo dies venerit, aut conditio sit impleta, si in diem, vel sub conditione, indeque etiam eius iuris praescriptio currit.
- 5 Recognitio chirographi nihil aliud facit, quam declarare, & approbare denno contractum in eo contentum, atque ita irrobenda videtur ad initium contracta cum effectu obligationis, si aut ex illa quomodocumque possit agi.
- 6 Schedula privata non debet esse melioris conditionis, quam instrumentum publicum, & quare?
- 7 Executiuum ius, ex publico instrumento competente, decennio praescribitur, à die contractus in eo pure celebrati, vel termini ad solutionem in eodem contractu, aut conditionis euenientis computato.
- 8 Argumentum ab absurdo in iure validatum, ac frequentius est.
- 9 Executiuum ius subsistere, aut denno introduci nequit, praescripta actione ordinaria, in qua illud fundatur, & eius rei exemplum.
- 10 Qualitas absque subiecto subsistere nequit.
- 11 Argumentum ab ordine littera validum est in iure, vt ex tali ordine eliciatur, & praesumatur mens, & intentio disponentis, quod primo loco scriptum procedere voluerit.
- 12 Lex 64. Tauri, & lex 6. tit. 15. lib. 4. no. D. D. Vela Dissertat. Iuris Tom. 1.

- 13 Scriptura privata, per testes, vel aliter, etiam absque partis recognitione probata, ius efficax ab initio aduersus scribentem constituit.
- 14 Si ex sola recognitione robur sumeret nunquam ei praescriberetur etiam per mille annos.
- 15 Recognitio privata scriptura legitime in iudicio facta, necesse est vt in publicam formam à causa notario redigatur.
- 16 Scriptura privata pure facta, & in publicam formam postea redacta, vim executionum habet, ac si ab initio publicè confecta esset.
- 17 Negligentia sua nemini debet esse proficiosa, immò damnosa, & quare? & qualiter hac regula procedat, num. 76.
- 18 Extraneus execrabilis Ioannis XXII. de praebend. expenditur, in de intellectu, numero 76.
- 19 Praescriptio decennij ad exequendum chirographum recognitum, adiecta currit à die recognitionis, & Hispalensis Senatus obseruantia circa hoc refertur.
- 20 Lex 5. titulo vigesimo primo libro quarto, noua compilat. exequendi ius tantum tribuit scripturae privatae recognita, atque adeo ab ipso die recognitionis.
- 21 Qualitas adiuncta verbo, intelligitur secundum tempus verbi.
- 22 Executionis qualitas necessariò verificari debet antequam mandatum de exequendo decernatur, nec sufficit, eam postea verificari.
- 23 Praescriptio decennij ad exequendum dati, dumtaxat conceditur iuri executiuo, iam producto quale in chirographo recognito non est ante recognitionem.
- 24 Praescriptio introducta est vel extinguenda alicuius instrumentum, ibidem.
- 25 Chirographum recognitum non eo minus executioni mandari potest, quod diem qua confecta est vulgo fecha, appositam non habet, & quare?
- 26 Scriptura privata fidem aduersus scribentem facit, testibus comprobata, est anni ac diei appositione careat.
- 27 Creditor hypo. hecarius ex chirographo in iure recognito, etiam anni, ac diei appositione carente, praesertim hypothecario ex instrumento publico, post talem recognitionem confecta.
- 28 Ius agendi executiuum ex privato instrumento, ante eius recognitionem non oritur, etiam si lapsus sit dies, in eo ad solutionem destinatus, vel conditio impleta, & quare?
- 29 Praescriptio iuris executiui, ex chirographo recognito competente, ita denno à die recognitionis incipit, si purum sit, secus si conditionale, vel in diem, quia tantum currit à tempore euenientis postea conditionis, vel aduentus diei.
- 30 Recognitio ita denno irrobatur ad initium contracta cum effectu obligationis, cum de solo recognoscens praedictio agitur, secus si de praedictio tertij, aduersus quem retroactioni locus non est.
- 31 L. 1. in princip. vers. Quarebatur, ff. qui potior. in pignor. hab. & l. 33. vers. Otrasi decimos, quo casando, tit. 13. part. 5. late declarantur, & conciliantur cum l. Titius 4. ff. que res pignori, & similibus ac num. seqq.